

328
1727, 20.
M 6
**DISSERTATIO JVRIDICA
DE
S V C C E S S I O N E
G E R A D A E
J V X T A F O R V M D O M I C I L I I
I N S T I T V E N D A**

Q V A M
C O N S E N S V
ILLVSTRIS JCTORVM ORDINIS
I N
A C A D E M I A L I P S I E N S I
P R A E S I D E
D. GEORG. ANDR. JOACHIMO
D. IX. SEPT. A. M D C C XXVII.
P V B L I C O E R V D I T O R V M E X A M I N I
S V B M I T T I T
A V T O R E T R E S P O N D E N S
C A R O L V S P H I L I P P V S R A I D E L I V S
V A R I S C . V O I G T S B E R G .

L I P S I A E
LITERIS IMMANVELIS TITII.



§. I



Riginem Geradæ ut paucissimis attingamus, suos debet natales solis moribus Saxonum, & quicquid favoris ac utilitatis ex Gerada foemineus sentit sexus, id omne acceptum referre debet confuetudini Saxonum, siquidem in legibus civilibus Romanis de his bonis uti & de aliis in Jure Saxonum occurrentibus, ut: Morgengaba, **Musstheil** &c. nulla inveniuntur vestigia, potius mundus muliebris & alia ornamenta uxoris pretiosiora, ex quibus partim Gerada constat, non in patrimonio uxoris sunt, sed dominium earum rerum marito competit. *Gail. 2. obs. 91. n. 1. 2. 3.* unde & vox Geradæ originem generalem deberet vernacula germanica, quales in jure Saxonico plures dantur, ut: Morgengaba, Heergewetta, Wergeldum, ast quod ad specialem fontem attinet, a variis varie derivatur, alii a **Gerade**, quod denotat aquilitatem, quia data esset antiquo jure mulieribus in Compensacionem Feudorum ac rerum Expeditoriarum, a quibus regulariter foeminae excludebantur. *Gloss. Lat. ad art. 15. Lit. L. Carpz. de jure foeminar. decad. 6. posit. 1. n. 35.* Alii a germanica voce, **Gerathe**, *Gloss. in pr. Weichb. art. 23.* quæ denotat res ad usus communes rei familiaris destinatas. Joachim. a Beust. de Jure Conub. p. 2. c. 71. in princ. deducunt, quæ derivatio non videtur

spernenda. Alias etiam dicuntur bona utensilia *in art. 5.* & 24.
Lib. I. Land-R. Sappellestilia, jocalia, *Gloss. Land-R. Lib. I.*
art. 19. lit. C. &c. ast cum nostri jam non sit chartam cum synoni-
 mis & originibus vocum implere, quippe de quibus omnes tra-
 catus & qui de Gerada scripserunt, latissime egerunt, & ideo
 conferri possint, potius ad enucleationem rei ipsius pro-
 peramus.

§. II.

Gerada definitur in *Gloss. ad art. 23. Weichb. in pr.* quod
 nihil aliud sit, quam res, quibus instruitur ut plurimum domus
 Mariti, quæque a rebus Expeditoris separatae sunt, quæ definitio
 non satis accurata videtur, cum sub instru^to contineantur uten-
 silia & suppellex. *L. 12. §. 28. ff. de instr. & instrum. legat.* cum ta-
 men istæ ad Geradam sine confusione applicare nequeant, in-
 terim quia mens forsitan glossatoris fuit aliqualem tantum de-
 scriptionem formare, nos paulo accuratius definimus Geradam,
 universitatem certarum rerum mobilium muliebri usui ornatui-
 que servientium in possessione mulieris existentium. Dicimus
 universitatem, ea enim omnia, quæ suo ambitu multa universa-
 liter continent in jure nostro universitas dicuntur. Nam hoc
 modo universitatis nomine dicitur, Collegium, Civitas, ex ra-
 tione, quod multas personas universaliter complectatur. *tot. tit.*
ff. quod cujusque univers. nom. Grex ovium armentum *L. 70.*
ff. d. usufruct. L. 30. in fin. pr. ff. d. usucap. quod plura unius gene-
 ris animalia universaliter contineat in se, & alia, quibus merito an-
 numeranda est Gerada, quippe cuius complexu & enunciatione
 omnis ornatus vestitus muliebris, nec non alia quam plurima
 junguntur. *arg. L. 20. §. 3. ff. d. hered. petit. §. 18. & 20. inst. d. Legat.*
 Conspirat in hoc genere *Modeft. Pistor. p. i. qu. 19. n. 2. & qu. 21. n. 3.*
p. I. item Werner. observ. forens. Part. 4. obf. 24. Berg. Oeconom.
L. 2. tit. 2. p. 277. in fin. Fallunt ergo & falluntur illi, qui genus Ge-
 radæ ponunt: *Ius quoddam*, siquidem hic consideramus res ipsas
 non vero jura quæ ex iisdem alicui conceduntur.

§. III.

§. III.

Ulterius adjectum est, in definitione Geradæ, *rerum mobilium*, consistit enim solummodo in rebus immobilibus, *gloss. ad art. 31. L.R. tit. i.* non vero in immobilibus, aut illis, quæ quidem natura sua mobiles, juris intellectu tamen & per illius fictionem habentur pro immobilibus. Videlur huic asserto quidem primo intuitu obstarere, quod lecti, aliaque suppellestiles, quibus in diversoriis instruuntur dormitoria, habeantur in jure pro immobilibus & tamen pertineant ad Geradam *Weichb. art. 23.* Sed Respond. Non negandum quidem esse, quod supra recensitæ res simpliciter consideratae, pertineant ad Geradam per textum alleg. Ast enim vero eo ipso dum comprehenduntur in diversoriis, ibique eo fine, & hac animi destinatione comparantur, ut ibi perpetuo maneant, easdem lex inter immobilia refert & ulterius non ad Geradam computantur, nam & sequentia definitionis verba non sunt onnittenda, ubi dicitur, *muliæbri usui ornati que servientium*, illæ ipsæ enim res, ut ex ipsis circumstantiis appareret, tanquam pertinentiæ ad quotidianum diversorii usum numerantur, & ideo bonorum geradilium nomine non veniunt. *art. 23. Weichb. verb. Wenn aber ein Gastgeb. gloss. ord. in L.R. i. o. I. art. 24.* nisi speciale statutum aliud disponat, ut statutis Misenz 1525. conditis verb. Alle Betten, Pfühle, Rüßen, Leilach, auch im Gast-Höfen, &c. *Carpz. P. 2. C. 14. def. 37.* Sic quoque tapezia ad ornatum conclave comparata, quia ex destinatione patrisfamilias pro rebus immobilibus habentur, ad Geradam non referuntur, *Finchelthaus. O. 81. n. 66.*

§. IV.

Divisiones Geradæ, quæ vulgo exhibentur & desumtæ sunt vel a personis acquirentibus vel a modo succedendi, ubi distinguitur in Geradam Uxorium & Cognatarum, Nobilium, Ignobilium fœminarum, ordinariam, quæ defertur fœminis, Extraordinariam, quæ defertur maritis, nos ex instituto omittimus, quippe ad nostrum scopum non facientes. Item Res Geradicæ & quæ hoc

referuntur, omnes enarrare nostrum non erit, sed benevolum Lectorem remittimus ad eos, qui ex professo Catalogos illarum exhibere studuerunt, saltim generaliter essentialia requisita istarum rerum inquiramus, & licet quidem nullum accuratissimum Criterium earum rerum, quæ ubique locorum ad Geradam referri debent, unquam adduci poterit, sed omni tempore locorum consuetudines consulenda sint, interim hæc requisita, quod nimis esse debent res mobiles & muliebri usui solum inservientes in dubio agnoscantur, juxtaque illa, res judicantur, non omissa possessione mulieris, siquidem & hæc naturam Geradae ingreditur. Ex his itaque satis superque patescit Geradam, eoque pertinentes res omnem habere naturam a sexu muliebri, si modo ab eo possidiantur, *Libr. i. L.R. art. 24. 27. ibique Zobel. in additionem: & eo ipso momento ac in manus & possessionem uxoris deviunt, a quoconque accipiantur, etiam Marito, Geradae naturam assumunt.* Possessio ergo Geradae mulieris, est quasi essentiale illius, nam res aliqua non meretur Geradae nomen, nisi penes mulierem reperiatur, siquidem possessio potissima & propinqua causa Geradae est, *Weichb. art. 23. verb. und in ihren Gewehr haben.* Hinc nec ad consumtarum ac deperditarum restitutionem maritum superstitem aut hæredes defunctæ uxoris obstrictos esse, cum Andrea Goldbeck c. ult. n. 109. neque eas res, quæ solum hactenus ad mundum muliebrem destinatae, e. g. aurum aurifabro datum, ut auream catenam inde faceret, antequam aliqua exinde facta fuerit, pertinere ad Geradam concludimus: *art. 24. L.R. lib. i. verb. Über ungewürdet Gold etc.* nec pecunia ad emptionem Geradae destinata jure Utensilium censetur. *Gloss. germ. ad art. 24. n. 3. Carpzov. p. 2. C. 30. defin. 15.* Possessio tamen ista esse debet civilis, ut tanquam domina animo sibi habendi, iisque ut Gerada utendi possideat, non vero naturalis sufficit, *Gloss. Weichb. art. 23. n. 4. Goldbeck. de Gerada C. 3. n. 20.* Hinc vice versa concluditur, si ejusmodi Res, quæ alias ad Geradam referuntur, a muliere detineantur quidem, sed non usus

usus vel ornatus gratia, adeoque non animo sibi habendi iisque tanquam re sua utendi, nequitiam pro bonis Geradicis eas haberi debere. E.g. si ut mercatix negotiationis intuitu, ut rursus vendantur res vel aservationis gratia pro pecunia credita, vel titulo depositi possideat: *Carpzov. p.2.C.14.def.31.*

§. V.

Ex his itaque colligitur, uxorem etiam adhuc vivente marito istius Geradæ dominam esse, statim enim ac maritus res ad ornatum muliebrem comparat, & possessioni ac custodiaz uxoris commitit, ei illas tacite donasse, quippe quæ donatio jure non prohibita est, *Carpz. p.2.C.13.def.21.* Et in disp. d. donat. *Gerad. th. 23. in fin.* adeoque dominium in uxorem transtulisse censetur, *Goldbeck. d. Gerad. c. 7. membr. 4. n. 98.* *Hartmann Pistor. Lib. I. quæst. 32.* *Werner. Suppl. observ. forens. ad p. 5. obs. 134.* Quæ præmissa tamen ita intelligenda sunt, ut maritus illas res usui uxoris concederit, & custodiaz illius reliquerit, nec ab uxore unquam receperit. Si enim contrarium invenitur, istas res commodato saltrem uxori dedit & inde possessionem civilem penes se retinuisse, hinc ejusmodi res veras res Geradicæ non esse inde evincitur, quia deficit in uxore possessio civilis, id quod tamen iterum sublimitari debet, in ejusmodi rebus quibus uxor ad quotidianum usum & vestitum sui carere non potuit, licet enim hæc Marito in arca reservata, ejusque claves ab eo semper retenta fuerint, tamen geradicæ manent. Inveniuntur quidem aliqui, qui huius requisito superaddunt tertium, ut nimis uxor iis rebus uisa fuerit, sed negativa verior *Carpzov. p.2.C.14.def.28.* cui etiam suffragatur *Conf. Eleçt. 22. P.3. verb. gebrauchet oder in ihre Verwahrung gehabt,* quibus ostendit, sufficere etiam solam possessionem, licet uxor uisa non fuerit. Ratio est, quia hæc duo requisita, ut res aliqua ex loci consuetudine vel statuto inter bona Urensilia referatur, & in mulieris possessione inveniatur Geradam constituit. *Hartm. Pistor. Lib. I. qu. 32. n. 6.* *Goldbeck. de Geradac. 3. n. 13.*

§. VI.

Dominium rerum Geradicarum intuitu mulieris ulterius etiam contra dissentientes probatur, 1) quia marito omnis facultas disponendi tam inter vivos, quam mortis causa de his rebus ademta. *vid. Hartm. Pift. p. 1. qu. 31. n. 7.* Jam vero dominii effectus est libera rei dispositio, cuius tamen totalis absentia cum domino esse nequit. *arg. L. 21. C. d. Mandat. L. 9. C. d. jud. Et cœlit. L. 11. ff. d. vi Et vi armata.* Si itaque Maritus dominium geradæ non habet, habebit Uxor, quia persona tertia non datur. 2) Potius Uxor vivente marito de bonis Utensilibus disponere, & ea in alium transferre potest. *Conf. Elect. p. 2. Conf. 13. 14.* permittitur enim ei donatio vel venditio, si modo donatio illa legitimis suis constet solennitatibus & rite ac debite peracta sit, ratione personæ donatrix semper ipsa in actu translationis adsit, *Confit. Elect. allegat. justæque atatis sit, nam minorennes nequidem accidente decreto Judicis donare potest, per ea quæ tradit, Carpzov. disp. de donat. Gerard. th. 17.* Neque opus est, ut adhibetur Consensus proxima cognata, uti suadet Goldbeck. *d. Gerard. c. 7. membr. 1. n. 34.* Nam debentur quidem hæc bona ex speciali legis provisione proxima cognata, at non nisi mortua muliere, que istam possedit, nullum enim jus quæsumum cognata in bonis Utensilibus ejus, quæ vivit, habet, nulla ipsi inde obligatio surgit. *Moller. p. 2. C. 14. n. 1. Finckelthaus. obſerv. 48. n. 6.* quam primum vero possessor Geradæ decedit, tunc proximæ Cognatae deberi incipit, tunc ipsi obligatio tunc actio nascitur *gloss. in art. 23. Weichb. n. 13.* Et ideo cum quilibet sit rerum suarum liber moderator & arbiter, neminiisque prohibitum bona jure dominii cum libera administratione possessa alienare *L. 21. C. de Mandat. L. 9. §. fin. ff. d. donat.* non potest non etiam mulieres Geradicæ absque consensu Cognatae, quovis licito & lege non prohibito modo in alium transferre. *Moller. 2. Semeſtr. 6. n. 2. Finckelthaus. alleg. loc. num. 24.* Curatoris Sexus vero, maritata, consensum quoque non negligere debet, siquidem sine illius

illius consensu nullus est omnis super Geradam factus contractus vel pactum; Ex hoc tamen non sequitur, ut ilii concludere volunt, quia consensus mariti adhiberi debet, ergo maritus est dominus, alia enim plane est ratio prohibitiva, siquidem 1) mariti consensus necessarius est, si ei superstiti ex statuto vel consuetudine alicujus loci Gerada deferatur. Lucrum enim statutarium conjugi superstiti ex bonis defuncti debitum, neque per ultimam voluntatem, neque Contractus inter vivos in fraudem & præjudicium conjugis superstitis celebratos afferri potest. *Conf. Elect.* 7. p. 3. *Virgil. Pingitz. quest. 28. n. 12. Hier. Panschmann p. 2. qu. 5.* nulla ideo quoque dispositio de Gerada marito debita non necessitatis aut utilitatis causa facta absque consensu Mariti mulieri permittenda erit. *Berlich. p. 3. concl. 9. n. 27. Carpzov. p. 3. Conf. 7. def. 6. Finckelbus. obser. 81. n. 24.* 2) Ea ex ratione præcise in Saxonia Mariti consensus requiritur, quod marito in bonis uxoris competat ususfructus & usus *Gloss. in art. 31. Lib. 1. L. R. lit. A. pr. § art. 45. lib. 1. L. R. Rauchb. p. 1. qu. 2. n. 45.* qui ab uxore proprietaria Marito ususfructuario & usuario nec adimi nec turbari queat, *L. urifruui §. ult. ff. si ususfruct. petatur. gloss. d. art. 31. Lit. C.* Cum vero ordinarie res geradicæ ipso usu, majori ex parte consumantur, & ex iis præter usum marito reservatum parum commodi in eum redundet, *Carpz. disp. d. donat. Gerad. th. 19.* & eo magis, si res ad Geradam pertinentes alienarentur, communis familiaris rei usus interverteretur, maritoque novas coemendi species necessitas imponeretur, non dubitamus afferere, quod sine consensu Mariti haud subsistat contractus a muliere factus, militat enim hic pro nobis ratio textus *Lib. 1. art. 21. verb. Rein Weib.* Ergo etiam ejusdem dispositio.

§. VII.

Ratione venditionis Geradæ inquirendum in transitu, an necessarium sit requisitum, ut semper vendatur pro æquo, justo, vero rerum pretio non minori summa & an apposita hac summa

B

vendi-

venditio possit rescindi ex L.2.C.de rescind. vendit. Videtur quidem primo intuitu ita, ast enim vero rem paulo accuratius si inspicimus, videre licet, quod negativa verior sit, siquidem 1) Ematio venditio, ubi quis rem scienter pro minori pretio vendit, non dicitur injusta & non aqua, quia reliquum donasse censetur ex L.145.ff.de R. I. l.38.ff.d.contrab. Emt. Carpz. p.2. C.13.def.12. 2) quoque non prætermittendum est, quod in venditione Geradæ uxores sibi plerumque reservent usumfructum rerum illarum ad dies vita, cum ergo versetur in hoc maximum adhuc donataria præjudicium, siquidem res per longum usum maxime deteriorantur, videtur illud omnino in ipsa venditione attendendum esse, & ideo res non emi & vendi prout existunt in præsenti seu tempore venditionis, sed ita ut quoque respectus habeatur ad futuram deteriorationem, cui sententia etiam suffragatur Carpz. p.2. C.13. def.11. 12. Struv. Syntagm. Jur. Civil. Exerc. 30. §. 31. fin. Contrarium tamen amplexa est Facult. Jurid. Witeberg. vid. Berg. Oecon. Jur. Lib.2. tit. 2. p. 78. & Werner. part. 4. observ. forens. observ. 22.

§. VIII.

Tertio ponderosissimum argumentum dominii uxoris deprehenditur, quod uxor non tam mortuo marito sed & vivo & ære alieno nimium gravato Geradam tanquam proprium quoddam petere & vindicare vateat. O. P. S. tit. 43. §. Und weil hierheyrc. Const. Elect. 33. part. 3. Carpz. p.1. Const. 28. def. 94. n.2. neque de ea creditoribus, nec principaliter nec subsidiariter deficitibus nimirum aliis bonis mariti satisfacere debeat. Glos. ad art. 24. L.R. Lib. 1. Gerichts. Ordn. Tit. 43. §. Und weil hierheyrc. quia enim hæc utensilia bona ad uxorem tanquam proprium quoddam spectant, quæ jure dominii mortuo marito petit, sequitur quod uxor de iisdem, ut de aliis bonis suis propriis, creditoribus mariti satisfacere non teneatur, ne obligatio personalis non personam tantum debitoris, ejusdemque heredes hæreditario jure succedentes, sed etiam aliam personam extraneam

traneam sequi videatur, contra tit. C. ne uxor pro marito L. 35.
ff. §. 1. de h̄ered. inst. L. i. C. si cert. pet. L. i. & 2. C. d. h̄ered. act.
& licet dissentientes urgeant, quod uxor Geradam capiat post
mortem mariti ex causa lucrativa & ita ut a Morgengaba & Ci-
bariis domesticis, si uxor ea acquirere velit, in subsidium & alie-
num solvi debeat, Ord. Process. Judic. t. 43. ast enim vero cum
maxima sit differentia inter h̄æc bona, siquidem Geradam non
tanquam nudum debitum ex legis dispositione, uti Morgenga-
bam & cibaria acquirit, sed tanquam proprium bonum, retinet
enim quod antea jam habuit, movit hoc Legislatorem Saxon.
ut nostra sententia adstipuletur allegat. tit. 43. Ord. Proc. Jud.
§. Und weil hierbei n. Ergo vera manet sententia, quod uxor
ne quidem in subsidium & alienum de Gerada solvat, quod &
extenditur ut nec mulier relutione gravanda sit, si maritus ean-
dem oppignoraverit; non obstat art. 24. Lib. I. L. R. in fin. ubi
sermo est de rebus ab ipsa uxore vel consensu illius oppignora-
tis vid. Gloss. ad art. 23. Weichb. n. 30. Hartmann. Pistor. p. I.
quest. 31. n. 28.

§. IX.

Quarto, quod portionem statutariam petens una cum aliis
suis bonis Geradam conferre jubeatur. Conf. 20. p. 3. Cum tamen
aliena collationi non sunt obnoxia. L. 6. C. d. Collat. L. 3. §. 2. ff.
Eod. Videtur quidem obstat Gloss. in art. 23. Weichb. n. 13. ubi
dicitur: Geradam non prius hoc ipsum nomen sortiri, quam
post mortem ejus, qui Geradam post se reliquit; sed respond.
ista Gloss. non est intelligenda de Gerada respectu mariti, sed re-
spectu proximæ Cognatæ. vid. Hartm. Pist. p. I. qu. 31. num. 13.
Ulterius non obstat additament. final. n. 3. in art. 37. L. R.
Lib. I. ubi traditur: uxorem demum mortuo marito plenum do-
minium Geradæ consequi, nam respond. hoc non ita intelligen-
dum, quod maritus insimul aliquid juris ratione dominii in Ge-
rada obtineat, sed saltem respectu communis possessionis: Die-
weil Mann und Weib in gesampter Gewehr seyn Lib. I.

art. 31. L. N. Objiciunt alii ulterius, quod nullum dominium possit transferri sine titulo, in fœminæ dominio circa Geradam vero sic deficeret titulus, ergo non esset fundatum; ast responderetur, agnoscit fœmina titulum vel successionis, quatenus geradam acquisiverit per successionem, vel emtionis, quatenus ipsas res geradicas comparaverit, vel donationis in quantum a viro ipſi sunt concessæ.

§. X.

Demonstratum in his præcedentibus satis est, uxorem quoconque titulo inter vivos transferre posse Geradam, ast de ea neque testari neque alia ultima voluntate disponere potest, *Gloss.* in art. 52. *L. n. 7. Lib. I. art. 23. Weichb.* & art. 57. verb. *Ihr sollt auch wissen ic. ic. Lehn-N. Conf. Elect. 14. verb. oder andern letzten Willen ic.* quare & per donationem mortis causa Geradam in aliam transferre nequit, quippe qua sub facultate testandi comprehenditur, *L. 15. ff. d. don. mort. cauf. L. 32. §. 8. ff. d. donat. inter virum & uxor.* & quoad ordinationem & modum ineundi quidem Contraſtibus, quoad effectum & efficaciam ultimis comparatur voluntatibus, *Raub. p. 1. qu. 32. n. 32.* Ratiorēm vero hujus asserti quod attinet, nullo unquam tempore Doctores inter se convenerunt, sed alii aliter demonstrarunt, & non negandum est, quod propter deficientia subsidia antiquitatis Germanicæ, tantum hoc in casu probabiliter quod verum esse possit judicari queat, ut exinde multi cum *Moller. Semestr. L. I. cap. II. ad rationem L. 20. ff. d. legib.* provocaverint. Nos in præsentia tamen in transitu quasi, quid nobis videatur, adjicemus. *Zobel. in additam ad L. N. Lib. I. a. 27. n. 3.* hoc afferit fundamentum, quia mulier vivente adhuc marito nondum acquisivit possessionem, sed demum post mortem illius acquireret dominium at cum in antecedentibus, hujus contrarium satis demonstratum, insuperque *Conf. Elect. 14. p. 2.* mulieri concessum, ut Geradam certis tantum adhibitis solennitatibus alienare inter vivos queat, cui accedit, quod ideo sequeretur uxorem post mortem

mortem mariti de Gerada testari posse, quod tamen est contra Conſt. alleg. Hanc non minus quam Jacob Thömingii *Sententiam decif.* 6. n. 6. 7. 8. ab avaritia mulierum desumptam satis accuratam non videri, hinc illas cum omnibus aliis quæ prolixe enarratae inveniri queunt in Berlich. P. 2. *Conclus.* 16. de alienat. *Geradæ* remittimus. Inter omnes tamen nobis videtur eorum opinio rei convenientissima, qui fundamentum in non usu testamentorum apud antiquos Germanos ponunt, Schilter. Exere. 2. §. 14. Ex. 43. §. 14. cui adſtipulatur Thomas. ad ff. Tit. 5. L. 39. p. 309. Indignum enim & iniquum judicarunt, proximos suos consanguineos & ab intestato hæredes ab hæreditate sine conſenſu eorum & culpa excludere. Tacit. de Mor. Germ. c. 20. quippe quibus in lege ſpecialiter proviſum erat, ut post mortem defunctori bona haberent, ut quoque circa Geradam deprehendimus, quæ per legis ſpecialem proviſionem post mortem foeminae extra di & reſtitui debet proximæ cognatæ, ut ideo eam capiat, non jure hæreditario, ubi in libera voluntate testatoris instituentis poſitum eſt, an hanc personam instituere voluerit, nec ne, neque jure hæreditario ab intestato, quippe quod in lege faltem ſubſidiari ter praefcriptum, ſi sc. quis intestatus mortuus fit, ne bona ſint in incerto & maneant derelicta ſine poſſidente, ſic enim, quia ſubſidiarium tantum eſt, relicta eſet iterum libertas defuncto, an non voluerit ſibi certum & alium ad bona eligere hæredem, tunc enim proviſio hominis tolleret proviſionem legis, quæ omnia tamen aliter ſe habent in Gerada, hæc enim præcife (nam non relictum eſt arbitrio defunctæ) poſt mortem foeminae reſtitui Cognatæ debet Glōff. Weichb. art. 231. n. 13. Hinc per rei natu ram ſequitur, quod non poſſit adimi, alias enim non poſſit reſtitui, quod ipsum ulterius probatur, quia res ſubjectæ reſtitu tioni per ultimam voluntatem alienari non poſſunt ex authent. reſ, quæ ſubjacent. C. Commun. d. Legat. Br. in L. ſ. fidoris 3. C. d. jure dot. n. 1. verſ. item not. quod reſ quæ ſubjac. reſtit. Andr. Ti raquell. d. retract. convent. §. 1. Glōff. 7. n. 11. Jason. in L. filius fam.

fam. 114. §. Div. 14. ff. d. legat. i. n. 68. & consil. 157. num. 22.
 vol. 2. Quo etiam pertinent aliae ejusmodi res, quæ alicui ex spe-
 ciali provisione legis assignantur. E.g. Heergewetta respectu
 agnatorum, ea enim per testamentum ad personam extraneam
 in præjudicium agnatorum transferri nequit, & argumentum a
 Gerada ad res expeditorias & contra in jure Saxonico est admo-
 dum frequens & probabile. *Andr. Goldbeck. d. success. Gerad.*
Cap. d. success. cognator. transvers. n. 49. adeo ut dici possit,
 quod idem juris sit in rebus expeditoriis respectu agnatorum, ac
 in Gerada respectu Cognatarum & contra. Ita quoque feudum
 non potest regulariter transferri in personam extraneam per
 ultimam voluntatem, quia specialiter certis personis jam a lege
 præcise successio delata est. Et in hoc ipso Const. Elect. 14. P. 2.
 fundamentum ponit, ubi dicit, **Der nächsten Nistel zum Nach-**
theil. Hinc vice versa concludi poterit, quod testamentum de
 Gerada factum cum consensu proximæ cognatæ omnino valere
 debeat. *Goldbeck. d. Gerad. c. 7. membr. 2. n. 7.* quia tunc per
 consensum favori pro se introducto renunciat. *L. quod quis ff.*
d. regul. jur. idque vult Gloss. Lehn-Recht c. 57. verb. Ihr
 sollt auch wissen, daß kein Weib ihre Gerade vergeben kan
 ohne der nächsten Gespinne willen sc. quam Gloss. jam dudum
 in Saxonia de alienatione per testamentum explicatam esse te-
 statur *Moll. ad Const. El. 14. in pr.* hoc quoque confirmat *Carpz.*
P. 2. Const. 14. def. 2. & Werner. observ. forens. obs. 174. p. 1. n. 4.
 Non valebit ergo testamentum de gerada conditum, neque ad
 piam causam. *Berlich. Conclus. 16. P. 2. n. 14.*

§. XI.

Si itaque Gerada per actum inter vivos ad personam ali-
 quam translata non est, lex illam suo jure attribuit certis perso-
 nis certo ordine, deseretur enim illa per modum successionis ju-
 re communi *ordinarie* proximæ cognatæ, quippe quæ uti
 supra monitum, in ipsius præcipuum commodum & compen-
 sationem

fationem Heergewertæ introducta, ideoque non omnis indistincte foemina ad Geradæ admittitur successionem, sed solummodo ea, qua per lineam foemininam descendit, **die von der Spinne halben dazu gebohren ist, art. 23.** Weichb. ibique **Gloss. n. i. art. 15. lib. 3. L. R. verb.** **Vollkommenlich von Weibes halben re. art. 27. lib. 1. L. R.** unde est, quod foemina ex linea masculina, quales sunt filia & neptis fratris, patris sororum similibus personis jure petendi Geradam desituantur. **Hartm. Pistor. Lib. 1. qu. 33. n. 18.** solus exin sexus muliebris per lineam foemininam descendens, successionis jure & titulo Geradam suam facere valet **art. 20. § 27. Lib. 1. L. R.** habita tamen ratione ordinis & gradus. Cognatae enim descendentes proximiores sunt ascendentibus, ascendentes collateralibus. Non vero hic exclusum cupimus hermaphroditum, in quo sexus foeminius prævalet sicut enim is, in quo virilia præpollent, vel in utroque aequaliter potens est sexus, haberi pro masculo consuetum. **L. 15. ff. de test. L. 6. §. ult. ff. de Lib. & posthum.** ita si sexus foeminius fortius prærogativam, ex eo astringi debet Hermaphroditus hincque Geradam sibi appropriat. **L. 10. ff. de stat. hom.** Non obstat. **art. 4. Lib. 1. L. R.** **Auf allzuriel und Gezwerg,** quem glossa d. Hermaphroditis interpretatur, textu enim accuratus considerato invenitur eum accipi debere non de successione, sed propria administratione, prout patet ex verb. **sequentibus Text. lat. dict. art. Johann. Dauth. in tract. de testam.** p. 352. n. 304. Hæc de ordinaria Geradæ assignatione; **extraordinarie** illa conceditur post mortem defunctæ masculis **vel Clerico** sacris iniciato, cuius ratio est non ut **Gloss.** loquitur **ad art. 57.** Weichb. num. 20. **§ glossa germ. dict. art. 5. L. 1. L. R. num. 7.** ob preces illorum, quibus omnis mundus fruitur, sed potius, quod perinde ac foemina, a perceptione rerum expeditoriarum **art. 27.** **Lib. 1. L. R.** excluduntur **vel marito,** si ita per statutum vel Legem & consuetudinem specialem introductum est, ubi tunc

per

per hanc legem derogatur juri communī, & illius loci determina-
tione & decisione standum erit.

§. XII.

Hucusque de personis in Geradam succendentibus, nunc
ad modum successionis, quomodo nimirum illa instituenda sit,
progredimur, & quidem ille metieadus juxta jura illius loci &
fori, quod agnoscit defuncta fœmina. Sed quid si plura concur-
rant fora, cuius tunc attendenda sint statuta, quæstio est, ad quam
respondetur: Jure cautum est, quod in successionis materia
semper pro diversitate rerum etiam diversum attendatur forum,
ut *in immobilibus forum rei sit.e. L. fin. C. ubi in rem aet. Dec.*
Elect. 54. licet defunctus alio in loco mortuus sit, vel domici-
lium habuerit a. *L. 32. ff. d. pignor. L. 1. seqq. C. ubi in rem actio*
L. un. C. ubi de hær. quam opinionem usu receptam multis præ-
judiciis rerum judicatarum confirmatam esse testatur *Petr.*
Wesenbec. Confil. 1. n. 51. Quamvis igitur quis in oppido non
habiret, tamen cum illic bona sint sita, secundum oppidi illius sta-
tuta regi deferriique debent, adeo ut etiam forensis in talibus ex
statuto succedere possit. *Bart. n. 41. Bald. n. 17.* ita etiam re-
spondit Facult. Jurid. Lipſ. an. 1604. in causa Michaelis Miri,
Civis academici. *In mobilibus vero forum domicilii,* personam
enim bona tanquam accessiones sequuntur *arg. L. 19. §. fin. ff. d.*
judic. L. 2. ff. d. pecul. Leg. & bona mobilia quasi ossibus domini
inhærere dicuntur & intelliguntur de eo loco, ubi defunctus do-
miciolum habuit, *Hartm. Pift. obſerv. 55. n. 4. Carpzov. Jurispr.*
Confif. L. 3. def. 8. M. ev. in jure Lubec. Part. 2. Tit. 2. art. 10. n. 22.
Peter Wesenb. Conf. 7. n. 10. unde nec a persona separari possunt,
ae anima a corpore. *Gloss. verb. nominibus in L. qui ergo ff. d.*
peculio & ad L. 3. verb. ea vero ff. pro socio L. Cajus ff. d. leg. 2.
Non obstat, quod sint, qui statuunt successionem bonorum mo-
bilium institui debere indistincte juxta locorum determinatio-
nem, in quibus deprehenduntur. Eorum enim opinio tan-
tum in illis casibus admittenda erit, si sc. res aliqua mobilis ad
usum

3

usum rei immobilis tanquam pertinencia patrifamilias destinata, vel res ejusmodi a defuncto in locum aliquem eo fine translata fuerit, ut in ea juxta illius loci statuta succederetur. Etenim tota hæc decisio, quo jure bona censeri debeant, dependet ex voluntate & destinatione patrifamilias *L. ex facto 35. §. rerum 3. ff. de hered. instit. L. si uxori 39. §. 2. ff. d. aur. Et arg. legat. L. si ita Legalis 86. ff. de legat. 3.* Bona enim semper subjiciuntur jurisdictioni, in quo quis illas perpetuo vult esse. *L. 86. Catus pr. ff. de Legat. 2. L. si fundus 44. L. quæstum 78. in pr. §. ult. ff. de legat. 3.* voluisse autem illum subjecere legibus loci bona, inde colligitur, cum destinatum, ut in illo loco perpetuo atque irrevocabiliter manerent; ast hoc tantum procedit juxta præmonita in rebus immobilibus, & ad immobilium usum perpetuum destinatis, s. indistincte, ubi appetet de intentione transferentis vel expresse vel tacite, se voluisse, ut his in rebus succedatur juxta locum ubi deprehenduntur, *Mev. Part. 5. Dec. 165.* Firma ergo manet regula, quod in mobilibus semper respectus fiat ad locum domicilii ejusque jura, non vero mortis, vel rei sita in succedendo, quam sententiam etiam approbant *Gail. 2. observ. 124. n. 9. Richter d. success. ab intestat. Proem. num. 31. Carpzov. P. 3. Conf. 12. Def. 12.* Applicationem vero ad Geradam quisque facilime suscipiet, siquidem in antecedentibus satis superque evictum est, rerum Geradicarum Criterium essentiale esse mobilitatem, per *Gloss. ad art. 31. L.R. Lib. 1.* ut ideo in ea, eodem modo, ac in reliquis mobilibus sit instituenda successio omniaque ad hanc successionem pertinentia disposita juris, ad Geradam quoque applicari possint. *Carpzov. P. 2. C. 14. d. 54.* quam sententiam etiam confirmavit, *Facult. Jur. Wittemberg. Mens. Jun. 1713.* vid. *Werner. Suppl. ad Part. 5. observ. 134. verb.* In Verfallung der Gerade wird auf die Jura domicilii gesehn der verstorbenen Frauen sc.

§. XIII.

Ulterius nunc inquirendum, quodnam foeminae forum domicilii in jure dicatur, & distinguendum erit; *aut enim foemina fuit adhuc in domo patris* ubi tunc sortitur forum ex persona patris, ubi scilicet ille iura civium adeptus est, vel ad minimum res suas eo, ut ibi permanerent, transtulit, ut ibi conveniri queat, actionibus omnibus, hocque forum retinet patre defuncto cujuscunque fuerit conditionis, etiam si forum fuerit privilegiatum, hoc videre licet in filiabus Clericorum & Academicorum, licet enim pater mortuus fuerit, adhuc tamen filia in Consistorio convenitur, Curator generalis ipsi ibi constituitur, ita & ejus successio juxta illius statuta & consuetudines, si quae adsint, dijudicatur, nisi mutatio intercesserit, quae non presumitur, sed ab allegante semper probanda est, mutatur tamen, *vel si sibi ipsi forum aliquod aliud constituit se a domo patris in alium locum vel bona sua conferendo*, hac intentione, ut ibi perpetuo permaneat, ubi tunc ipsius loci juribus etiam subjicitur, illorumque sit particeps, *vel intercedit mutatio, si marito nubat*, tunc enim forum mariti ad illam extenditur, ejusque juribus & statutis ea subjicitur. *Peregr. consil. 13. Vol. 4.* etiam si privilegiatum sit, ab eo momento, quo copula sacerdotalis intervenerit, non vero ante, ut hinc sponsa nondum utatur foro sponsi, neque ideo in eo conveniri possit, neque citatio ei insinuari queat. Hic locus domicilii mariti etiam in successione vidua attenditur, & hoc procedit, licet vidua se in alium locum ad tempus contulerit, Mutatio enim domicilii non presumitur. *Mascard. vol. 1. concl. 535. n. 28. Gratian. vol. 3. discept. forens. c. 569. n. 5.* Sed magis vidua peregrinata censetur, quam ut novum constituerit domicilium *Petr. Wessenbec. Conf. 1. n. 1.* Et habitare dicitur quis in loco, ubi reliquit familiam & bona, stante animo revertendi *Gratian. d. l. c. 484. n. 16. seqq.* sola enim habitatio quae alibi comparatur, domicilium non constituit. *L. libertus 17. §. sola*

sola 13. ad Municipal. § d. incol. Bald. Vol. 5. Conf. 156. n. 2.
Menoch. d. arbitr. Jud. Cæs. 86. n. 13. quamvis enim domicilium
sine habitatione non possit constitui. Math. Wefenbec. Vol. 1.
Conf. 1. n. 57. longa tamen est differentia inter habitationem &
domicilium; & scribit Petr. Rebuff. in repetit. cap. extir-
pand. 30. §. qui vero d. præbend. § dignitat. vers. pro intelli-
gentia, posse quem residentiam in aliquo loco habere, quam-
vis ibi non constituerit domicilium, accedit, quod translatio &
constitutio domicilii dependeat a voluntate & animo. L. ejus
qui 27. §. Celsus 2. ad municip. § d. incol. qui animus propterea
quod facti est, arg. L.b.f. 48. §. 1. d. acqu. rer. dom. § L. confil.
7. §. ult. d. Curat. furios. & factum non præsumitur, probari de-
bet l. asseveratio 10. C. d. non num. pec. § L.I. C. d. probat. Wer-
ner. sel. obs. forens. P. 7. obs. 127.

§. XIV.

Ex his itaque satis superque patet, quod in successione Geradæ tanquam rerum mobilium semper attendendum sit forum domicilii vel Mariti, si scilicet uxor post ejus mortem Geradam a bonis hereditariis separare, sibique tanquam propriam retinere velit, & contradicatio oriatur, quanam bona ad geradam computari debeant, tunc decisio omnino petenda erit ex jure & statutis fori domicilii mariti, vel fæminæ defunctorum, ita ut nunc respectus fiat, an forum consecuta sit vel ex persona patris, vel propria constitutione vel mariti persona; Sed evenire potest, ut maritus & per eum defuncta fæmina, plura agnoverit fora, in quibus agere & conveniri poterit actionibus personalibus, potest enim quis in pluribus locis domicilium habere. *L. 6. §. 6. L. 21. §. 2. ad Municipal. Baldus c. dilectus n. 3. Extr. d. rescript. Jacob Menoch. d. arbitr. judic. quest. cap. 86. n. 12. Gail. L. 2. observ. 35. n. 8. Carpzov. L. 2. tit. resp. 24. n. 3. Wefenbec. P. 1. Confil. 1. n. 67. Berger. Oecon. Jur. Lib. 4. tit. 4. th. 1. not. 4. queritur, quodnam tunc eligendum in successione Geradæ ejusque determinatione?*

C 2

Sed

Sed cum hæc res videatur admodum intricata, ut eo melius & accuratius ipsa inquire possit, faciamus certos limites, juxta quos demonstrationem instituere possumus, & quidem 1.) aliquis in diversis locis bona mobilia habet, ita tamen ut tantum in uno loco vere in numerum civium assumptus sit, in aliis vero non, sed ibi mere, ut forensis consideretur, aut 2.) aliquis in diversis locis juribus civium fruatur sine tamen possessione immobilium, uno vel altero loco aut 3.) in uno loco in numerum civium assumptus est propter possessa ibi bona immobilia, in alio vero habitat negotiaque civilia tractat, sine tamen possessione immobilium. In primo casu omnino jura illius loci tantum respiciuntur, ubi quis fuit civis, quia hoc solum nomen domicilii meretur, non vero illud, quo se quis contulit propter causam temporariam, ut Thermarum utendarum, processuum curandorum, vel ad tempus recreandi causa, ita pronunciar. Jenenses mens. Jul. 1635. ad requisitionem M. Pauli Wolfsen und Consorten. Obgleich der Todes-Fall zu Dornburg geschehen, und die Gerade des Orts bräuchlich, dennoch aber und dieweil Dorothea Maria Granzin ihre häusliche Wohnung zu Jena, und nicht zu Dornburg, dahin sie sich nur Sterbens wegen auf eine Zeit lang begeben hat, und hiesigen Orts die Gerade zu geben nicht herkommen; Als ist eure Haß-Frau bey solcher der Sachen Beschaffenheit die Gerade zu fordern nicht besugt. V. R. W. Porro, si quis propter majorem securitatem in certo loco commoratus sit. Richier. de success. ab intest. pr. n. 19. ibique allegat. enunciat. verb. Ob nun wohl der Todes-Fall an einen solchen Orte, wo Kaiserlich Recht, und also das Jus representationis üblich, sich begeben;

geben; Dennoch aber weil gemeldte Wittwe allda kein Bürger-Recht noch häusliche Wohnung gehabt, sondern nur als eine advena auf eine geringe Zeit, bis die Kriegs-Gefahr vorüber, so ist ic.

§. XV.

Hujus fori itaque ratio habetur, non solum in rebus ibi deprehensis, sed & in alio loco inventis. Sunt qui hoc negant, & potius urgent, quod juxta cuiusque loci jura & statuta successio institui debeat, ubi bona deprehenduntur, quia statuta alicujus loci extendi nequeant ad bona in alio territorio sita, nam statutum vires suas non extenderet, extra territorium & jurisdictionem statuentis Bald. in L. si arrogat. 22. n. 26. ff. d. adopt. & in L. cunctos populos n. 27. C. de summa Trin. Mod. Pistor. vol. 2. conf. 20. n. 1. & 14. Et ita etiam in Scabin. Jenens. 1634, pronunc. ad requisit. Hansen Wollmers curator. nom. Maria Franckin zu Weymar verb. Dennoch aber und weil die Statuta außer der Stadt und deren Bothmäßigkeit nicht extendiret werden, so hat sich eure Cu-randin der erwehnten Schuld, so viel derselben außer der Stadt Weymar in freunden Gerichten hafften thun, nicht anzumaßen, sondern lässt sich an der Verlassenschaft, so ihres Mannes seel. in der Stadt Weymar Weichb. verhanden, billig begnügen: & hoc procedere, licet statutum verbis generalioribus locutum sit, & nulla bona exceperit; potius verba inserta sint: **Die Güther liegen gleich wo sie wollen**, Daniel. Moller. Lib. 3. semestr. cap. 19. afferit. Ast enim vero, cum juxta omnium Doctorum opinionem hac regula, quod nimirum statuta non possint extendi ad bona in alio territorio sita, tantum sit intelligenda de bonis immobilibus alio loco sitis, & de statutis Municipalibus, uti etiam interpretatur Carpz. p. 3. Conf. 12. def. 12. illudque præjudiciis confirmat, insuper hanc veram esse interpretationem, proberetur, quia alias non possit constare regula juris, qua generalis est, quod

in omnibus mobilibus, sine exceptione ubi sint, præcise se-
qui debeamus forum domicilii, sed dici deberet, juxta forum
ubi res deprehenduntur, & tamen in jure afferatur, quod mobiles
res personam sequantur, quasi ossibus domini inhærent, & intel-
ligantur de eo loco, ubi defunctus domicilium habuit. *Hartm.*
Pistor. observ. 55. n. 4. hinc nullo respectu factio ad locum ubi in-
veniuntur sed solum ubi defunctus domicilium habuit, juxta ejus
quoque statuta succeditur, ita respondit. *Facult. Jurid. Vite-
berg. Mens. Sept. a. 1691. ad consultat.* Christian Ludolphs zu
Dresden Ratio dubitandi erat: Ob wohl von der Cognata
angeführet werden möchte, daß die Dresdnen Statuta
keines weges in der Ober-Laußnitz einige Würkung haben
könten, ic. ic. Ratio decidit. Dennoch aber und dieweil ein-
mahl unstreitig Caja das domicilium mariti zu Dresden über-
kommen, und an selbigen Orte verstorben, in welchen Fall
die Succession der Mobilien in Rechten einig und allein auf
die Person des verstorbenen eingerichtet ist, und solcher ge-
stalt die Statuta in loco domicilii, indem die Mobilia dieſfalls
die Natur und Eigenschaft der Person gleichsam an sich neh-
men, lediglich in acht genommen werden müssen, diese Statuta
auch so dann auf alle und jede Örter, allwo die bewegli-
chen Güter, es sey Erbe und Gerade anzutreffen sind noth-
wendig ſich erstrecken ic. ic. Item *Mens. Jun. 1713. ad interro-
gat. Pascunii Albrechts:* In Verfaltung der Gerade wird
auf die Jura domicilii der verstorbenen Frauen gesehen, und
wenn an denselben Ort keine Gerade üblich, selbige auch auf
niemand verfallen werden kan, ungeachtet ein und andre Ge-
rade Stücken an denjenigen Orten, wo die Gerade eingefüh-
ret, ſich würklich befinden ic. ic. Hæc nostra assertio tamen
limitanda erit, si forte hæc res ad rem immobilem alibi sitam ejus-
que perpetuum uſum tanquam pertinentia reperiantur destina-
tæ, cum eadem juxta antecedentia in §. sup. 3. naturam & jura
principalis imitentur, Eo ipso enim dum res aliqua ad rem im-
mobilem

mobilem in perpetuum destinatur, licet alias dicatur Geradica, nunc amittit naturam Geradae, neque ulterius nomen Geradicæ rei meretur, neque sub ejus mentione comprehenditur. E. g. Lecti alias ad Geradam ordinario jure referuntur, si tamen in diversoriis comprehendantur, tanquam pertinentia ad perpetuum usum diversorii destinatae, naturam quoque illius sequuntur, & ideo a persona, qua geradam recipit, vindicari nequeunt.

§. XVI.

In secundo casu, ubi quis in diversis locis jure civium frui-
tur, in nullo tamen immobile aliquod possidet, quodnam forum
tunc in successione mobilium & consequenter Geradae attenden-
dum sit, dubium videtur. Varie hanc in rem sentiunt Doctores,
alii electionem tribuunt succedenti, alii autumant, illud respici-
endum esse, ubi major pars bonorum inveniatur, alii probant, jux-
ta cuiusvis loci statuta successionem instituendam esse. Illi, qui
asserunt, quod in hoc casu electio sit succedentis, cuius loci statuta
& jura in Gerada attendere velit in favorem sui, argumenta exinde
depromunt, quod, cum defuncta in omnibus locis jura civium
consecuta sit, ideo quoque ubique forum quoddam domicilii,
quod in mobilibus attendendum, fundetur, adeoque succedens
in omne defuncta Jus possit eligere, cuius loci jura pleniorem &
magis proficuam successionem sibi deferant, concludunt itaque
quod semper, ubi quis diverso jure uti potest, leges permittant
electionem utenti, quod sibi decernere velit, ita tamen ut elec-
tione semel facta non integrum sit variare ulterius, & novo alio
jure uti, quia variatio in jure semper odiosa dicatur, hoc probare
intendunt, ex Electione Uxori concessa post mortem mariti an
velit dotem illatam repeteret, an vero portionem statutariam ex
bonis defuncti eligere, porro ex Electione actionum, ubi inter-
dum jura ex eodem fundamento diversas determinant actiones,
penes actorem esset optio, cuius institutio ei videatur magis ade-
quata, non minus, ac si reus diversis gauderet foris domicilii, in
dubio liberum esset actori, in quonam contra eum agere velit, ita
& in

& in nostro casu, ubi plures adsunt via, quibus omnibus æque uti queat successor, electio illius esset, ut unam assumat, quam sibi opinetur favorabiliorem præ aliis. Sed hæc sententia videtur per omnia contrariari juribus, ejusque rationes falso fundamento niti, siquidem supra satis demonstratum, quod omnis præsertim mobilium successio, ordinari debeat juxta personam defuncti, ejusque forum, non vero juxta personam succedentis, negatur ergo, quod jura electionem permittant succedenti, quæ etiam nulla lege sed sola cerebrina fictione Doctorum munita & probata est.

§. XVII.

Altera opinio ubi respectus fit majoris partis bonorum, non penitus destituitur ratione & ideo non per omnia rejicienda est, quod enim in dubio illud forum, in quo major pars bonorum sita est, præ aliis prærogativam habeat, ut ibi quis conveniri possit omnibus actionibus, neque se exceptione fori incompetenter tueri queat, patet ex L. 27. §. 1. ff. ad municipal. Non enim solum retinet, sed etiam sortitur quis domicilium ubi majorem partem fortunarum habet L. Cives ibique Dd. C. d. incol. Maith. Wefenb. Conf. 1. n. 57. Carpz. p. 2. resp. 22. n. 9. p. Leg. C. 2. ubi Se- nat. L. 19. §. 2. ff. d. Judic. Thusch. Tom. 2. Concluf. 596. n. 14. §. 22. Nicol. Reusn. lib. 2. decis. 2. n. 8. Mæv. ad Jus Lubecens. Lib. 1. art. 2. n. 57. Interim tamen cum probatio tunc difficillima deprehendatur, ut evinci possit major bonorum quantitas, totaque res ad arbitrium Judicis reducatur, insuper & quod maximum est, cum nihil ad instituendam successionem faciat, utrum multa ad sint bona an pauca, sed sufficere debeat, singula loca dici domicilium, ab allegantibus vero, nulla in demonstratione afferatur causa sufficiens alia, qua hoc vel illud forum se ab alio distinguere & præ alio prærogativam mereri, doceatur, merito seponimus hanc opinionem, quippe non omni prorsus dubio & obscuritate carentem.

§. XVIII.

§. XVIII.

Tertia sententia ab allegantibus ex hoc fundamento dedicitur, quod ubi quis in diversis locis in numerum civium redactus, eo ipso etiam juribus illorum fruatur, necessario quoque cuiusvis loci jura & statuta attendi debeant in ejus successione. Ast enim vero tantum abest, ut haec omnia nos movere queant, hanc sententiam amplecti, potius re paulo penitus penitata vide re licet, quod etiam si quis pluribus in locis jura civium assumferit, in omnibus etiam certa bona mobilia habeat, non tamen statim sequatur, ut omnia haec loca pro veris domiciliis agnoscantur, potius ille locus tantum illo ipso nomine speciali venit, ubi quis insuper habitationem constituit. Non enim sufficit contestatio, vel quod quis dixerit, se velle in aliquo loco sedem suam constituere, sed requiritur insuper ejus factum, i. e. ut eo etiam bona sua conferat, quia domicilium re & facto constituitur, non nuda contestatione *L. domicilium 20. ff. ad municipal. Gail. 2. observ. 35. n. 8. Menoch. de arbitr. jud. quest. cas. 85. num. 1. § 11.* Neque etiam factum sufficit, vel domus possessio, quae in alieno comparatur, *L. 17. Libertus. §. solut. 13. ff. ad municipal. L. cum neque C. d. incolis,* quia sola habitatio domicilium non constituit, sed domicilium possessionem cum constitutione rerum coniunctam præsupponit, sive ea possessio sit propria, sive conducta, sive precaria, vel gratuita, *L. 203. ff. d. V. S.* ubi dicitur eam domum nostram debere existimari, ubi quisque sedes & tabulas haberet, (i. e. fixum & deliberatum animum perpetuo inhabitandi) suarumque rerum constitutionem fecisset.

§. XIX.

Ad tertium casum §. 14. supra relatum quod attinet, pluri-
mi juxta præcedentes adductas rationes statuunt, quod quia
defunctus tam in loco, ubi rem immobilem sibi comparaverit,
& in eo, ubi nulla ejusmodi bona possidet, & que jura civium
adeptus in eorumque numerum relatus sit, debeat, vel juxta

D

cujus-

cujusque loci statuta succedere, vel eligere, quodnam ex iis forum agnoscere velit succedens; attamen cum in hoc casu non reliquerint jura succidenti electionem, potius determinasse videantur, quomodo tunc procedendum, iis certe standum est. Jura enim singula hæc fora speciali quodam nomine donaverunt, & cuique certos & separatos effectus attribuerunt, dum statuunt, illud, ubi quis habitat, nulla tamen immobilia possidet, esse forum domicilii, illud vero, ubi quis solum immobilia possidet, alio tamen in loco habitat, esse forum rei sitæ, cumque ad distinctionem insuper ratione successionis expresse dispositum sit, quod hoc tantum agnoscatur in rebus immobilibus, illud vero præcise in mobiliis, sequitur, quod præstabilita hac distinctione nulla remanere queat electio, quippe quod ultimum non veniat nomine fori domicilii, sed rei sitæ.

§. XX.

Ex his itaque satis perspicci poterit, quid juris sit in successione Geradæ, & quodnam forum e pluribus feligi debeat, ubi probatum est, quod nisi evidentissime demonstrari queat, quod plura inter fora specificite sit domicilium appellandum, illius ratio sit habenda, ubi non solum bona sunt translata, sed etiam ipsa habitatio defuncti fuit instituta. Obtinet hoc quoque, quamvis alio loco marito, alio proximæ cognatæ, deseratur Geradæ successio, utraque etiam hæc persona concurrat hac intentione, ut quaque sibi vindicare eandem studeat, unice tamen ad forum domicilii respiendum esse censeo; ut eo clarius patescat mens nostra, proponamus casum. Catus qui in officio regio constitutus erat, & eapropter forum præfecturæ agnoscebat, ducebatur Mæviam in matrimonium. Durante Matrimonio sibi comparabat domum quandam sub ejusdem Civitatis, ubi præfectura sita erat, senatu oppidano. Postea mortua Mævia, agebat cognata-

cognata contra maritum, ad Geradam sibi extradendam, provocans ad jura præfecturæ, in quibus juxta Jus commune sibi Jus succedendi in Geradam competeteret; maritus vero excipiendo se defendere volebat cum statutis senatus oppidani, vi quorum successio Geradæ deferebatur mortua uxore, marito; videtur quidem primo intuitu ejus exceptionem fundatam esse, siquidem domo in eadem civitate sub senatu oppidano emta, eaque judicialiter sibi tradita, eo ipso jura civitatis est fortius, ut adeo statutorum istius loci commodis frui, nulla ratione prohibeatur, in quam sententiam etiam respond. Scabinat. Lips. an. 1726. M. Sept. in causa **Elisabeth Voigtin**, contra **Friedr. Trauznern**, interim tamen contraria Sententia magis placet, cum juxta antecedentia, si dico fora in una persona concurrant, ita ut quis in uno loco possideat immobilia, in alio non, illud speciatim in jure dicatur forum rei sitæ, hoc vero ad distinctionem, domicilii, omniaque, quæ intuitu personæ vel rerum mobilium competit, adstringantur ad forum domicilii, sequitur, quod illud forum a marito allegatum, tanquam forum rei sitæ, non sit trahendum ad successionem Geradæ, tanquam rei mobilis, ut etiam Leuteratione interposita respondit in allegato casu Facult. Jurid. Lips. anno currente Mens. Martio Rat. dubitand: Ob wohl angeführt wird, daß nach der producirten Willführ der Stadt Lüzen, darein die Bürger und Einwohner gewilligt, die in Weichbild verfallene Gerade, daferne niemand darinnen wäre, der sich von Rechte als nechste Gespinne, die zu fodern anziehen möchte, an gemeinen Nutzen und Rath des Weichbilds fallen solle, ic. und Kläger alle bey Beklagtens Bescheinigung inducirte Documenta dafür, wofür sie von Befl. ausgegeben, also jenes vor die, seit undenklichen Jahren her gebräuchlichen Lüzner Willführ, darinnen versehen, wie daselbst Gerade gegeben, oder genommen werden

den soll, und die übrigen, daraus einige Casus in welchen nach solchen Willführ sich gerichtet worden, wahr zu nehmen, recognosciret, dadurch er dießfals eine beständige Observanz bey der Stadt eingeräumet, und Beklagter An. 1691. ohngeachtet er damahls schon ein Fürstl. Jagd-Bedienter gewesen, nach abgelegter Pflicht das Bürger-Recht zu Lüzen genommen, also nach der angezogenen Willführ die Sache zu entscheiden. Dennoch aber und dieweil die blosse Recognition derer bey dem Beweß producirten Documenten an und vor sich selbst vim probandi nicht zueignet, als welche salvis exceptionibus geschehen, oder doch dieses darunter verstanden wird, r. r. Und wenn auch gesetzten Falls in der Stadt Lüzen der angezogenen Willführ in Rechts-beständiger Observanz nach gegangen würde, iedoch nach derselben gegenwärtige Sache nicht zu erörtern, in Erwegung, daß sie von der Gerade handelt, so in Weichbilde verfallen, da hingegen Beklagter ein Fürstlicher Bedienter, und Ober-Hörster, und besaße der gerichtlichen Registratur fol. in der Ober-Hörstern und Lüzner Umlts-Gerichtsbarkeit, allwo nach dem Attestat fol. die Gerade nach denen gemeinen Sächsischen Rechten der nächsten Nisfel gegeben und verabsolget wird, beständig gewohnet, und dessen Ehereiß darinnen verstorben, folglich das domicilium, welches das blosse Bürger-Recht, so bei Gelegenheit eines acquirirten Grund-Stückes erlanget wird, nicht constituiret, zu der Zeit darinne gehabt, und die successiones in res mobiles nach denen in foro domicilii üblichen Rechten beurtheilet, und die dißfals erregte Streitigkeiten ordentlicher Weise erörtert werden müssen r. r.


Leipzig, Diss., 1727 (A/1Q)

ULB Halle

005 353 769

3





1727.30.
M 6
3/2

DISSERTATIO JVRIDICA
DE
SVCCES S I O N E
GERADAE
JVXTA FORVM DOMICILII
INSTITVENDA
Q V A M
C O N S E N S V
ILLVSTRIS JCTORVM ORDINIS
IN
ACADEMIA LIPSIENSI
P R A E S I D E
D. GEORG. ANDR. JOACHIMO
D. IX. SEPT. A. M DCC XXVII.
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI
S V B M I T T I T
AVTOR ET RESPONDENS
CAROLVS PHILIPPVS RAIDELIVS
VARISC. VOIGTSBERG.
L I P S I A E
LITERIS IMMANVELIS TITII.